

Mile Klopčič:

PUER CURIOSUS — RADOVEDNI OTROK

Quis, matercula, spargit usque stellas
Omni nocte per hoc polum profundum?
Scintillas ibi spargit has coruscas
In incude faber metalla cudens.

Mater, post iuga montis eminentem
Auroram roseam latens quis urit?
Senex, vespere qui in viis lucernas
Accendit vigiles negotiose.

Sed in sole quis hoc ponit ignem,
Mater, ut calefiat ampla terra?
Puer care, pater tuus; is omnem
hunc mundum calefactat, tam peritus
carbonis rigidi nigrique fossor.

OMNIS HOMO — HOSPES

(Mile Klopčič)

Difficile est tete esse probum, tam simplicem et aequum,
Omnis namque hospes ut tuus esse queat.

Ljubljana, 11. XI. 1975

Vertit: *Silvo Kopriva*.

SCRIBAM LITTERAS — BOM PISMO PISALA
(Carmen popolare Slovenum)

Scribam litteras ego
Hoce rubro sanguine,
Quas amato dirigam,
Ei per plana, per iuga:

„Annos te fideliter
Tres amans desidero,
Lacrimae genas rigant,
Sola iugiter gemo.

Noctes et dies memor
Hic tui tristis moror,
Non prius levamen est,
Quam nobis reverteris.“

Ljubljana.

Vertit: *S. Kopriva*.